


# THE BLESSING OF SALT & WATER

ACCORDING TO THE LATE MEDIEVAL  
USE OF SALISBURY



THE  
EXPERIENCE  
OF WORSHIP  
IN LATE MEDIEVAL  
CATHEDRAL AND  
PARISH CHURCH

SALISBURY CATHEDRAL  
9 OCTOBER 2011

# THE BLESSING OF THE SALT AND WATER

The priest is vested in alb and cope.

The book boy carries the book for the Blessing of Salt and Water and for the Procession.

The water boy carries the holy water bucket, the asperges sprinkler, and the salt.

The priest, led by the verger, the water boy, two taperers and the book boy, processes from the vestry to the Trinity Chapel. Two cantors, each in cassock, surplice and cope, follow

The priest stops before the altar facing east. The water boy stands to his right; the book boy stands to his left, with the taperers on either side.

The priest then begins the rite.

The water boy holds up the salt for the priest.

## THE EXORCISM OF THE SALT


Exorcíso te, creatúra salis,  
per Deum + vivum, per Deum + verum, per Deum + sanctum:  
per Deum, qui te per Heliséum prophétam in aquam mitti iussit,  
ut sanarétur sterílitas aque :  
ut efficiáris sal (*regarding the salt*) exorcizátum in salútem credéntium:  
et sis ómnibus suméntibus sánitas ánime et córporis:  
et effúgiat atque discédát ab eo loco, quo aspérsus fuéris,  
omnis fantásia, et nequítia, vel versútia diabólice fraudis,  
omnísque spíritus immúndus adiurátus per eum,  
qui ventúrus es iudicáre vivos at mórtuos, et séculum

*All*

per ig-nem. Amen.


The musical notation consists of a single staff with a treble clef. It begins with a whole note on the second line (G4), followed by a quarter rest, a quarter note on the first space (F4), and a quarter note on the second space (G4). A double bar line follows. Above the staff, the word 'All' is written. Below the staff, the lyrics 'per ig-nem. Amen.' are written.

## THE BLESSING OF THE SALT




Ore - mus.


Imménsam cleméntiam tuam, omnípotens etérne Deus,  
humíliter implorámus (**regarding the salt**), ut hanc creatúram salis,  
quam in usum géneris humáni tribuísti:  
bene + dícere, et sancti + ficáre tua pietáte dignéris:  
ut sit ómnibus suméntibus salus mentis et córporis;  
et quidquid ex eo tactum vel respérsus fúerit,  
cáreat omni immundícia,  
omníque impugnatíone spirituális



nequí-tie. Per Dóminum nostrum Iesum Christum fílium tu-um.



qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus




per ómnia sécula seculó-rum. A - men.

**The water boy lowers the salt, and holds forward the bucket.**


## THE EXORCISM OF THE WATER

Exorcíso te, creatúra aque, in nómine Dei + Patris omnipoténtis,  
et in nómine + Iesu Christi, Fílii eius Dómini nostri:  
et in virtúte Spíritus + Sancti:  
ut fias aqua exorcizáta ad effugándam omnem potestátem inimíci,  
et ipsum inimícum eradicáre et explantáre váleas cum ángelis suis apostáticis,  
per virtútem eiúsdem Dómini nostri Iesu Christi:  
qui ventúrus est iudicáre vivos et mórtuos et séculum



per ig- nem. A men.

## THE BLESSING OF THE WATER



Ore - mus.

Deus, qui ad salutem humani generis, maxima queque sacramenta in aquarum substantia condidisti:

adesto propicius invocationibus nostris, et elemento huic, (*regarding the water*) multimodis purificationibus preparato, virtutem tue benedictionis infunde; ut creatura tua, mysteriis tuis serviens ad abiiciendos demones morbosque pellendos, divine gratie sumat effectum;

ut quidquid in domibus vel in locis fidelium hec unda resperserit, careat omni immundicia: liberetur a noxa:


non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens:

discendant omnes insidie latentis inimici;


et siquid est, quod aut incolumitati habitantium invidet aut quieti,

aspersione huius aque effugiat: ut salubritas,


per invocationem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus



defen- sa. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tu-um.



qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus



per omnia secula seculorum. A- men.


The water boy holds out both salt and water.

## THE MIXING OF THE SALT AND WATER

The priest puts the salt into the water in the shape of a cross, saying quietly  
(without note)


Commixtio salis et aque pariter fiat, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.  
R. Amen.

*Priest* *All*



Dominus vobis-cum. Et cum spiritu tu - o.

*Priest*



Ore - mus.

Deus, invicte virtutis auctor, et insuperabilis imperii rex,  
ac semper magnificus triumphator:

qui adversae dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis seviciam superas: qui  
hostiles nequitas potens expungas:

te, Domine, trementes et supplices deprecamur ac petimus:

ut hanc creaturam (**regarding the mixed salt and water**) salis et aque  
dignanter accipias,


benignus illustres, pietatis tue more sancti<sup>+</sup>fices;

ut ubicumque fuerit aspersa, per invocationem sancti tui nominis:


omnis infestatio immundi spiritus abiiciatur:

terrorque venenosi serpentis procul pellatur:

et presentia Sancti Spiritus nobis, misericordiam tuam poscentibus, ubique adesse




digne- tur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tu-um.



qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus

*All*



per omnia secula seculorum. A - men.

The cantors sing the hymn *Jesu, auctor clementie* (as sung at Lauds on the feast of the Holy Name of Jesus), with alternate verses played on the organ.

The priest now returns to the south choir aisle, led by the vergers and the two taperers. The water boy walks to his right, and the book boy walks in front of him.

In the south choir aisle, the priest and his assistants joins the main body of clergy and servers. The taperers take their place between the crucifers and the thurifers. The priest follows behind the deacon, with the book boy still in front of him, and the water boy at his right side.

During the final verse of the hymn, all proceed through the south choir door, and enter the sanctuary.

## HYMN JESU, AUCTOR CLEMENTIE

verse 1: organ (ends on sounding A)

verse 2: cantors

Je - su de - cus an - gé - li - cum


In au - re dul - ce cán - ti - cum

In o - re mel mi - ré - fi - cum

In cor - de nec - tar cé - li - cum.

verse 3: organ (ends on sounding A with C# above)


verse 4: cantors



Je - su sum - ma be - níg - ni - tas  
Mi - ra cor - dis ju - cún - di - tas  
In - com - pre - hén - sa bó - ni - tas  
Tu - a me strin - gat cá - ri - tas.

verse 5: organ (ends on A major with A at top)

verse 6: cantors



Te ce - li cho - rus pré - di - cat  
Et tu - as lau - des ré - pli - cat  
Je - sus or - bem le - tí - fi - cat  
Et nos De - o pa - cí - fi - cat.

verse 7: organ (during which the cantors go to the Quire, entering at the west end)

